



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iiij De celebrat[i]one quotidiana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

- i**
Solo. **Utrum expediat sacerdoti ut frequenter celebret.**
Si frequenter sit ad celebrandum dispositus expedit ut frequenter celebret. Gratissimum enim sacrificium illud est domino, et magnas atque inenarrabiles hoc sacramentum virtutes habet. ideo perutile est sepius celebrare et sumere, ut fructus eius frequentius percipiatur.
- ii**
Dubiū Solo. **Utrum liceat alicui quotidie celebrare.**
Circa usum huius sacramenti ex parte celebrantis et sumentes duo requiruntur. Primum est desiderium coniunctionis ad christum quod fit per amorem. Secundum est reuerentia que pertinet ad timorem. Primum incitat ad quotidianam huius sacramenti et frequentationem, secundum vero retrahit. Unde si quis experimenter cognouerit ex quotidiana celebratione feruorem amoris augeri et reuerentiam non minui, talis quotidie celebret. Si quis autem senserit per quotidianam frequentationem reuerentiam minui et feruorem non multum augeri, ille interdum absteineat ut cum maiori reuerentia et deuotione postea celebret.
- iii**
Dubiū Solo. **Utrum quis sic dispositus ut laudabiliter possit celebrare, et possit etiam laudabiliter propter sacramenti reuerentiam abstinere melius ac laudabilius faciat a celebratione abstinendo quam celebrando.**
In tali casu melius salubrius et laudabilius est ut celebret quam quod absteineat. Nam ex celebratione multos fructus huius sacramenti percipere potest, ut patet ex solutione secundi dubij precedentis quibus abstinendo priuatur. Celebratio preterea ex charitate procedit, abstinencia vero ex timore, ut patet ex resolutione tertiij dubij. Charitas a timore prefertur. Nec valendum est quod abstinens se putat postea melius fore dispositum, quod fieri potest quod minus fiat dispositus. Incertum est etiam si vnus quod deinceps sit celebraturus. Stat etiam quod celebrando assequatur aliqua gratiam specialem quam abstinendo non potest acquirere, nec vnus quod fortassis recuperabit.
- iiii**
Solo. **Utrum liceat alicui plures missas vno die celebrare.**
In die natiuitatis dominice potest quis tres missas celebrare ut habet de cele. miss. c. contulisti. Addunt doctores quattuor casus necessitatis in quibus potest quis duas missas celebrare. Primum est, cum in die festo occurrit necessitas, ut propter missas diei dicatur missa pro defunctis. Secundus casus est, cum necessitas infirmorum exigit ut viaticum pro eis consecret. Tertius casus est, cum superueniunt peregrini aut occurrunt nuptie celebrationem exigentes. Quartus casus est, cum propter defectum sacerdotum vel paupertatem ecclesiarum vni sacerdoti plures ecclesie commendantur, alias non licet nisi vnicam missam in die celebrare, ut habetur de conse. dist. prima, ca. Sufficit. Hoc autem cauendum est cum quis plures missas vult celebrare ne ablationem sumat nisi in vltima, ut sic ieiunius maneat et celebret.